Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



lohannes de exilio uiduam fuserauit et iu
uenem uitam restituit. ℣. Dns regnauit ut se
℣. Qui nos honorati sti. amici tui ds nimis efforti.
Egressus beatus lohannes summa
animi tranquillitate. precepit ut
pleriq; discederent. Et cum uenisset qdam unus de fratribus aut ad iuuenes
quos byrrus deduxerat fodere filiolis
Et illi fodebant. ℟. Ecce puer meus quem
elegi dicit dominus electus meus compla
cuit sibi in illo anime mee. ℣. Iste est iohan
nes qui supra pectus domini in cena recu
buit. Complacuit. Vrgebat autem
iuuenes beatus apostolus ut alcius
foderent. Et cum illi p̃cepto obedi
rent. hortabat ceteros fratres ut se
querent dnm et singulos affectus
edificabat uerbo di. ne uideret ipse
dum iuuenes foderent feriari.
℟. Hic est discipulus qui testimonium per
hibet de his. et scimus quia uerum est tes
timonium eius. ℣. Quanta audiuimus
et cognouimus ea et patres nostri nar
rauerunt nobis. Et scimus quia
Vbi autem sicut uoluit facta est fouea.
nichil quoquam nrm sciente exuit
se uestem. et straut eam in illam fo
ueam. et stans cum linea extendens
manus inuocabat dnm dicens. Ds
omps pat et tu dne ihu xpe qui ser
uum tuum speciali amore fouisti. q
annunciatus es a patriarchis. no
minat es p legem. redarguere et
monere dignatus es p̃phetas. qui
p̃ euangelium miseratus es et pecca
ta donasti. qui p̃ apostolos p̃uocasti.
ut ad congregandu tuos populos e
uenirent. qui sicientes uerbi tui fon
te potasti. mitigasti asperos. et am
mam desertam replesti spiritu tu
gra. suscipe iohannis tui animam.
quam cito elegisti. s; sero assumpsisti.
℟. Cibauit illum dominus pane uite et
intellectus et aqua sapiencie salutaris
potauit eum et exaltauit eum apud pro
ximos suos. ℣. In medio ecclesie aperuit
dominus os eius et impleuit eum spiri
tu sapiencie et intellectus. Et exaltauit
Tu dne seruulum tuum mundiam e
iunctione feminea prestitisti. Tu
dne festinanti m ad nupcias in
iuuentute demonstrasti atq; dixisti.
Mihi necessarius es iohannes. opera
tua quero. s; cum iuuenilis
ardore usus essem n seruare pre
ceptum. et diffusus qd integritate
seruare uix possem. animum ad
nupcias appulissem. quasi bonus
dns egritudine m corporis infe
rens. castigans castigasti me dne et
morti n traduxisti me. tu quoq;
studente nupcias impedimento leuio
ri reuocasti. ℟. In medio ecclesie aperu
it os eius et impleuit eum dominus spiri
tu sapiencie et intellectus. ℣. Misit do
minus manum suam et tetigit os meum.
Et impleu.